RECTOR & PROFESSORES P. ILLUSTRIS SCHOLÆ BREMENSIS LECTORI S.

Virgineum nomen non ſolùm pleriſque gentibus honoratum fuit, ita ut ſolæ virgines fatidicorum Numinum capaces quondam crederentur, illiſque ſolis, ſub nomine Veſtalium [illegible], æterni ignis cuſtodia committeretur, ſed & ipſe Spiritus S. eas dignatus eſt, ſub quarum appellatione præcipua attributa credentium, velut in vivâ imagine, exhiberet. Οὗτοί εἰσιν, ait idcircò Apocal. XIV. com. 4. οἳ μετὰ γυναικῶν οὐκ ἐμολύνθησαν· παρθένοι γάρ εἰσιν, *Hi ſunt, qui mulieribus non ſunt inquinati: VIRGINES ENIM SUNT.* Fruſtra Romanis Sacris addicti, in hac appellatione aliquod prærogativarum vitæ cælibis, aut ordinum inprimis monialium ſuarum, præſidium, ſibi [illegible] viſi ſunt. Quo enim pacto cum ratione matrimonium vitâ cælibe cenſeri poteſt ignobilius? cùm Deus ad id humanum genus, & utriusque ſexûs diſcrimen condiderit, cùm hoc ſine illo ſubſiſtere aut conſervari minimè poſſit, cùm Deus ipſe id jam ab initio inſtituerit, & arctiſſimæ ſanctiſſimæque communionis Chriſti cum Eccleſiâ inſtar eſſe voluerit, cùm denique non ſolùm omni tempore Viri ſanctitate maximè celebres, id piè coluerint, ſed & ipſi Apoſtoli ſub œconomiâ Novi Foederis, vel actu in conjugio vixerint, ut Petrus & alii, vel id ſibi æquè ac illis licere profeſſi ſint Matth. VIII, 14. Luc. IV, 38. & 1 Cor. IX, 5. & ſi quando cælibatum præferendum judicaverint, diſerte id non [illegible] & abſolutè intelligendum, ſed tantùm διὰ τὴν ἐνεστῶσαν ἀνάγκην, *propter inſtantem neceſſitatem*, ob triſtiora atque difficiliora, quæ imminebant, graviſſimarum perſecutionum tempora, monuerint. 1 Cor. VII, 26. Suaviſſimo igitur hoc potiùs emblemate utitur Spiritus Sanctus, quia nullum elegantius, nullum ad piarum Chriſtoque ut ſponſo ſanctè devinctarum mentium, [illegible] ſingularum, quùm in toto eccleſiæ corpore conjunctarum, characteres, graphicè depingendos, aptius, excogitari facilè poteſt. Sive enim pulchritudinem & venuſtæ formæ gratiam, quæ in virginibus maximè laudatur, ſive illas præcipuè ornantem *modeſtiam*, quam idcircò Cicero *virginalem* adpellat, & quo ſe hæc inprimis exſerit, *pudorem*, cui poëtæ eam ob cauſam *virginalem* [illegible] dare conſueverunt, ſive munditiei curam aut decentem ornatum, modo laudato Oratori Romano *habitum veſtitúmque virginalem* dictum, ſive caſtitatem, quæ illas hac præcipuè [illegible] dignas reddit, ſpectes, quid, his omnibus, magis decet luculentiúsque ornat pias mentes? Huc facit Spiritualis illa pulchritudo, quam in ſponſâ ſuâ ipſe extollit Servator exclamans: *Tota pulchra es amica mea, neque ullum vitium in te eſt*: quare & *ejus faciem, ut ſuavem, ſibi oſtendi deſiderat.* Cant. IV, 7. coll. II, 14. Huc facit *occultus ille cordis homo, in incorruptibili, manſueti & quieti Spiritus, qui pretioſus coram Deo eſt. Ille habitus ornatus cum pudore & modeſtiâ*, 1 Pet. III, 4. & 1 Tim. II. 9. Huc ille Chriſtianarum virtutum in omnibus actionibus radiantium ſplendor, quo intrinſecus glorioſa ſponſa Chriſti, externè quoque fulget Pſalm. XLV, 14. Huc denique caſtus ille amor, quo non ſolùm ſpretis omnibus erroribus veritatem, ſed & abnegatis omnibus [illegible] mundi & falſorum cultûs objectorum amoribus, Chriſtum ipſum complectitur, illum ſolum anhelat, eo ſolo deliciatur, ipſi ſoli ſe totam conſecrat eíque conſtantiſſimè adhæret. Unde & in ſpirituales illæ virgines delineantur, Apocal. loc. adducto, ut *agnum ſequentes quocunque vadat.* Tales dum Paulus Corinthios efformare allaborabat, quærebat illos *ſponſam caſtam uni Viro Chriſto, ſiſtere.* 2 Cor. XI, 2. Hæc tota ſui, Chriſto facta, conſecratio, propiorque cum eo conjunctio, nil derogat virginitatis laudi, quin imò per arctius, cum ipſo commercium ſpirituale [illegible] conjugium, demum tales virgines evadunt. Ab hac dignitate itaque nullus ſtatus, nullus ſexus excludit. Uti enim Græcis Latiniſque quotquot utriusque ſexûs extra conjugium vivunt [illegible] *Virgines* dicuntur, ita contra qui in hoc conjugii foedus tranſierunt, ſive ceteroquin mares ſive foeminæ, ſive coelibes ſint, ſive in matrimonio vivant, omnes ad hunc virgineum chorum pertinent. Eleganter hanc in rem aurei eloquii Pater Homil. XXIII. in 2 ad Corinth. ὢ καινῶν πραγμάτων· ἐπὶ τοῦ κόσμου παρθένοι μένουσι πρὸ τοῦ γάμου, μετὰ δὲ τὸν γάμον οὐκέτι. [illegible] πρὸ τοῦ γάμου τούτου, μετὰ τὸν γάμον παρθένοι γίνονται, οὕτω πᾶσα ἡ ἐκκλησία παρθένος ἐστί, καὶ γὰρ πρὸς πάντας διαλεγόμενος ταυτὰ ἔλεγε, καὶ τοὺς γεγαμηκότας [illegible]. *O rem novam! In mundo virgines ante nuptias, poſt nuptias non item. Hic autem non ita. Sed etiamſi ante has nuptias Virgines non ſunt, poſt illas virgines evadunt. Sic tota Eccleſia virgo eſt. Etenim ad omnes diſſerens hæc dicit, tam qui nuptum duxerunt, quàm quæ nuptum ductæ ſunt.* Licet autem hac ratione propriè dicta virginitas nullâ in regno Dei & Chriſti [illegible] gaudeat, quin & nonnullis occaſionibus alios Domino lucrandi deſtituantur, quibus tamen in eâ vitam tranſigere contingit, ipſæ plus unam anſam habent, ſemet coeleſti ſponſo liberius [illegible] ſemperque gratiores atque acceptiores ſiſtendi. Uti *nuptæ* Paulo teſte 1 Cor. VII, 34. *curant, quæ hujus mundi ſunt, & ut marito placeant*, ita *innuptæ curant quæ Domini ſunt, & ut* [illegible] *ſint, & ſecundum corpus & ſecundum Spiritum.* Talis verè, phraſi Concil. Chalcedon. Can. XVIII. adpellari meretur παρθένος ἀναθεῖσα ἑαυτὴν τῷ δεσπότῃ θεῷ. *Virgo quæ ſemet ipſam* [illegible] *Domino Deo.* Quorſum hæc à nobis dicta ſint, ſi cognoſcere geſtis, *Benevole Lector*, hæc paucis accipe. Ex iſtiusmodi virginum numero erat, cujus hodiè efferendum venit funus, [illegible] omnibusque ſexûs ſui decoribus abundè exornata Virgo, LUCIA IKENIA, quæ vitales primùm auras trahere hic loci coepit A. MDCXCIV. a. d. XVII. Januar. eodem cum fratre [illegible] *Bernhardo*, jam in infantiâ fatis iterum functo, partu edita. Pater illi obtigit Vir *Nobiliſſimus, Doctiſſimus* atque *Experientiſſimus* HENRICUS IKEN *Med. Doctor*, dum fata ſinerent, *Practicus Celebratiſſimus*, ut & Reip. *Phyſicus Senior* meritiſſimus: *Mater Nobiliſſima, egregiæque exempli Matrona* CATHARINA HUPEDENIA. *Avus paternus erat Vir Nobiliſſimus* [illegible]NOLDUS IKEN Civis & Negotiator hic loci *Integerrimus*, *Avia*, *Nobiliſſ. laudatiſſimaque Foemina* T. T. LUCIA KNOOPIA, T. T. HENRICI KNOOP *Spectatiſſ.* Collegii Seniorum [illegible], & T. T. JUDITHÆ HAUMESTÆ filia. *Proavus, Vir Nobiliſſ. juriſque peritiâ inclytus* CONRADUS IKEN *Advocatus & Judicii Superioris Procurator digniſſimus*, *Proavia*, T. T. [illegible]BECCA DWERHAGENIA, T. T. GEORGIO DWERHAGENIO & T. T. MARGARETHA BAKENIA nata. *Abavus, honeſtiſſimi* nominis *Civis & Mercator* Bremenſ. ARNOLDUS IKEN, filius OLTMANNI IKEN. *Abavia, Nobiliſſima Matrona* ANNA KENCKELIA, prognata Viro Nobiliſſ. atque Ampliſſ. CONRADO KENCKELIO *Reip. hujus Senatore*, & *Matronâ* [illegible] REBECCA BURENIA, *Magnifici Conſulis* DANIELIS BURENII hujus nominis primi deque Rep. patriâ multis modis optimè meriti. & *Nobiliſſ. Matronæ* HELIÆ SPARENBERGIÆ. *Ampliſſimi* hujus urbis *Senatoris*, JOHANNIS SPARENBERGII filiâ. *Maternum ſtemma*, non minora ornant nomina. Avus erat *Vir Nobiliſſimus* atque *Conſultiſſimus* BERNHARDUS HUPEDEN JCtus eximius, Illuſtriſſimi Principis Friſiæ Orientalis, in ditione atque æde Stickhauſanâ, *Præfectus* & *Quæſtor*. *Avia*, *Matrona Nobiliſſima* atque *Honoratiſſima* ADELHEIDA WESELLOVIA. Prognata hæc erat *Viro Nobiliſſimo* atque *Conſultiſſimo* HENRICO WESELLOVIO Illuſtriſſ. Principum & Archiepiſcoporum Bremenſium *Johannis Friderici* & [illegible] ad res *militares delegato* & *quæſtori*, tum quoque *Canonico*, nec non *Theſaurario* templi D. Anſgarii, ut & *Præfecto Ehrenburgenſi* & *curatori* judicii *Achimenſis* & *Nobiliſſ. Matronâ* [illegible]TA ZERNEMANNIA, *filiâ*, *Viri Nobiliſſ.* CONRADI ZERNEMANNI JCti & Archiepiſcopo Johanni Friderico à Conſiliis, nec non capituli ad D. Anſgarii Decani, & T. T. [illegible]TÆ WEDEMEIERÆ. *Proavus materni ſtemmatis* numeratur *Vir Nobiliſſ.* atque *Ampliſſimus* GUILIELMUS HUPEDEN Reip. hujus *Senator*, & coetûs Anſgariani *Ædilis*. *Proavia*, [illegible] *Nobiliſſ.* CATHARINA NAGELIA. Hoc inſigni ſtemmate edita, ut eodem digna evaderet, optimi Parentes omnem adhibuerunt curam, unde mox in omne virgineum decus feliciter ſuccrevit. [illegible] primis excitatioris erat ingenii, ita ſedulâ lectione varii generis ſcientiis mentem exornando, ſuo exemplo oſtendit, nec inter nos teneriorem ſexum ad colum unicè damnari, animive cultum [illegible] eodem planè negligi. Plurimum tamen temporis in excolendis religionis principiis collocabat, nec eorum ſolidâ cognitione contenta erat, utpote benè gnara, caſtiſſimam Doctrinam noſtram [illegible] Doctrinam veritatis, quæ ſecundùm pietatem eſt. Hinc in id maximè intenta erat, ut cognitas veritates dictis factiſque conſtanter exprimeret. Profuit ad hæc omnia illi non parùm [illegible], à quâ nullis oblatis occaſionibus abſtrahi unquam potuit. Sic & piè & politis ſatis moribus vitam inſtituens, licèt à perditis ſeculi moribus, in quibus benè vivendi ratio minus [illegible] vocatur, quibúſque teneriores mentes facilè corrumpuntur & vanitati mancipantur, planè aliena, paſſim & bonis omnibus, cujuscunque ordinis, etiam celſiori loco natis, ſe acceptam [illegible] & illæſam tamen ubique conſcientiam ſervavit. Quæ quantum bonum ſit, quantúmque vanis mundi illecebris præſtet, ejus inprimis emortualis lectus manifeſtavit. In eum, firmâ [illegible] ſemper valetudine frui viſa, ſubitò conjecta eſt, cùm a. d. XXXI. elapſi menſis Martii cholerâ graviùs impeteretur. Hæc vehementiori vomitu, creberrimiſque lipothymiis, comitata, [illegible] quaſi gradu, breviſſimo temporis ſpatio, eam ita affligebat, omneſque vires proſternebat, ut adhibitis, ſed fruſtrà, exquiſitiſſimis remediis, ſexto jam, ex quo morbus eam corripuerat, [illegible] quintus labentis menſis Aprilis erat, circà meridiem, inter calida circumſtantium ſuſpiria, non ſine graviſſimo unicæ ſororis *Nobiliſſimæ Virginis*, cum quâ ſemper concorditer admodum [illegible], nec non cariſſimi *fratris unici*, *Viri Nobiliſſimi* atque *Conſultiſſimi* ARNOLDI IKEN Illuſtriſſimo Comiti, Benthemio-Steinfurtenſi *à Judiciis aulicis* & *Conſiliis Regiminis*, reliquorúmque [illegible] honoratiſſimorum cognatorum, quos Deus ſoletur atque erigat! luctu, placidè obdormiret, poſtquam & in ipſo lecto funebri, plurimis ſpeciminibus probaſſet, ſe ad PRUDENTUM ILLARUM VIRGINUM CHORUM PERTINUISSE, QUÆ REPLETIS FIDEI OLEO ACCENSISQUE LAMPADIBUS, ADVENTUM COELESTIS SPONSI, ANHELANTES EXSPECTANT. Dum itaque libera corporiſque ſolutâ [illegible] mens jam, ut nulli dubitamus, ad nuptias agni admiſſa, illarum deliciis perfruitur, mortales ejus exuviæ hodiè in æde D. Virginis, paterno condentur tumulo, in diem beatæ reſurrectionis [illegible]vandæ. V. V. P. P. a. d. IX. April. A. R. S. CIƆIƆCCXXXI.

RECTOR & PRO
ILLUSTRIS SCHOLÆ
LECTORI

Virgineum nomen non ſolùm pleriſque gentibus h
paces quondam crederentur, illiſque ſolis, ſub notiſſimo Veſtalium titul
pellatione præcipua attributa credentium, velut in vivâ imagine, exhibe
γάρ εἰσιν. *Hi ſunt, qui mulieribus non ſunt inquinati: VIRGINES* ENIM
cælibis, aut ordinum inprimis monialium ſuarum, præſidium, ſibi inven
cùm Deus ad id humanum genus, & utriusque ſexûs diſcrimen condide
inſtituerit, & arctiſſimæ ſanctiſſimaéque communionis Chriſti cum Eccl
id piè coluerint, ſed & ipſi Apoſtoli ſub œconomiâ Novi Foederis, vel actu in conjugio vixer
IV, 38. & 1 Cor. IX, 5. & ſi quando cælibatum præferendum judicaverint, diſerte id non in
ob triſtiora atque difficiliora, quæ imminebant, graviſſimarum perſecutionum tempora, teſta
lum elegantius, nullum ad piarum Chriſtóque ut ſponſo ſanctè devinctarum mentium, tam ſi
tius, excogitari facilè poteſt. Sive enim pulchritudinem & venuſtæ formæ gratiam, quæ in
nalem adpellat, & quo ſe hæc inprimis exſerit, *pudorem*, cui poëtæ eam ob cauſam *virginei*,
Romano *habitum veſtitúmque virginalem* dictum, ſive caſtitatem, quæ illas hac præcipuè app
tes? Huc facit Spiritualis illa pulchritudo, quam in ſponſâ ſuâ ipſe extollit Servator exclamans. *Tota*
rat. Cant. IV, 7. coll. II, 14. Huc facit *occultus ille cordis homo, in incorruptibili, manſueti & quiet*
& 1 Tim. II. 9. Huc ille Chriſtianarum virtutum in omnibus actionibus radiantium ſplendor, quo
ille amor, quo non ſolùm ſpretis omnibus erroribus veritatem, ſed & abnegatis omnibus adult
anhelat, eo ſolo deliciatur, ipſi ſoli ſe totam conſecrat eique conſtantiſſimè adhæret. Unde & mo
Tales dum Paulus Corinthios efformare allaborabat, quærebat illos *ſponſam caſtam uni Viro*, C
junctio, nîl derogat virginitatis laudi, quin imò per arctius, cum ipſo commercium ſpiritualé
excludit. Uti enim Græcis Latinisque quotquot utriusque ſexûs extra conjugium vivunt παρθ
ſive foeminæ, ſive coelibes ſint, ſive in matrimonio vivant, omnes ad hunc virgineum chorum
πραγμάτων· ἐπὶ τοῦ κόσμου παρθένοι μένουσι πρὸ τοῦ γάμου, μετὰ δὲ τὸν γάμον οὐκέτι. ἐνταῦθα δὲ οὐχ
ἡ ἐκκλησία παρθένος ἐςί. καὶ γὰρ πρὸς πάντας διαλεγόμενος ταυτά φησι, καὶ τοὺς γεγαμηκότας καὶ τα
tem non ita. Sed etiamſi ante has nuptias Virgines non ſunt, poſt illas virgines evadunt. Sic tota
ductæ ſunt. Licèt autem hac ratione propriè dicta virginitas nullâ in regno Dei & Chriſti præ
in eâ vitam tranſigere contingit, ipſæ plus unam anſam habent, ſemet coeleſti ſponſo liberiùs i
curant, quæ hujus mundi ſunt, & ut marito placeant, ita *innuptæ curant quæ Domini ſunt, & ut*
XVIII. adpellari meretur παρθένος ἀναθεῖσα ἑαυτὴν τῷ δεσπότῃ Θεῷ *Virgo quæ ſemet ipſam conſe*
paucis accipe. Ex iſtiusmodi virginum numero erat, cujus hodiè efferendum venit funus, N
primùm auras trahere hîc loci coepit A. MDCXCIV. a. d. XVII. Januar eodem cum fratre ger
mus, Doctiſſimus atque *Experientiſſimus* HENRICUS IKEN *Med. Doctor*, dum fata ſinerent,
que exempli Matrona CATHARINA HUPEDENIA. *Avus paternus* erat *Vir Nobiliſſimus*
Foemina T. T. LUCIA KNOOPIA, T. T. HENRICI KNOOP *Spectatiſſ.* Collegii Seniorum
CONRADUS IKEN *Advocatus & Judicii Superioris Procurator digniſſimus*, *Proavia*, T. T. R
THA BAKENIA nata. *Abavus, honeſtiſſimi* nominis *Civis & Mercator* Bremenſ. ARNOLDUS I
Viro Nobiliſſ. atque Ampliſſ. CONRADO KENCKELIO *Reip. hujus Senatore*, & *Matronâ N*
mi déque Rep. patriâ multis modis optimè meriti, & *Nobiliſſ. Matronæ* HELIÆ SPARENBE
ma, non minora ornant nomina. Avus erat *Vir Nobiliſſimus* atque *Conſultiſſimus* BERNHAR
Stickhauſanâ, *Præfectus & Quæſtor*. *Avia, Matrona Nobiliſſima* atque *Honoratiſſima* ADELH
WESELLOVIO Illuſtriſſ. Principum & Archiepiſcoporum Bremenſium *Johannis Friderici & F*
Ansgarii, ut & *Præfecto Ehrenburgenſi & curatori* judicii *Achemenſis & Nobiliſſ Matronâ* WU
epiſcopo Johanni Friderico à Conſiliis, nec non capituli ad D. Ansgarii Decani, & T. T. WU
mus GUILIELMUS HUPEDEN Reip. hujus *Senator*, & coetûs Ansgariani *Ædilis. Proavia, Mat*
optimi Parentes omnem adhibuerunt curam, unde mox in omne virgineum decus feliciter ſuccrevit
ſuo exemplo oſtendit, nec inter nos teneriorem ſexum ad colum unicè damnari, animíve cultu
nec eorum ſolidâ cognitione contenta erat, utpote benè gnara, caſtiſſimam Doctrinam noſtram,
tas veritates dictis factisque conſtanter exprimeret. Profuit ad hæc omnia illi non parùm vita
ribus vitam inſtituens, licèt à perditis ſeculi moribus, in quibus benè vivendi ratio minùs rectè
aliena, paſſim & bonis omnibus, cujuscunque ordinis, etiam celſiori loco natis, ſe acceptam red
vanis mundi illecebris præſtet, ejus inprimis emortualis lectus manifeſtavit. In eum, firmâ ant
graviùs impeteretur. Hæc vehementiori vomitu, creberrimísque lipothymiis, comitata, acce
ut adhibitis, ſed fruſtrà, exquiſitiſſimis remediis, ſexto jam, ex quo morbus eam corripuerat, die,
non ſine graviſſimo unicæ ſororis *Nobiliſſimæ Virginis*, cum quâ ſemper concorditer admodum
luſtriſſimo Comiti, Benthemio - Steinfurtenſi *à Judicio aulico & Conſiliis Regiminis*, reliquorúmq
poſtquam & in ipſo lecto funebri, plurimis ſpeciminibus probaſſet, ſe ad PRUDENTUM ILLARUM
VENTUM COELESTIS SPONSI, ANHELANTES EXSPECTANT. Dum itaque libera corporisque ſoluta vi
ejus exuviæ hodiè in æde D. Virginis, paterno condentur tumulo, in diem beatæ reſurrectionis a

ROFESSORES P.
LÆ. BREMENSIS
ORI S.

onoratum fuit, ita ut ſolæ virgines fatidicorum Numinum ca-
æterni ignis cuſtodia committeretur, ſed & ipſe Spiritus S. eas dignatus eſt, ſub quarum ap-
ret. Ουτοί εισιν, ait idcircò Apocal. XIV. com. 4. οἱ μετὰ γυναικῶν ουκ ἐμολύνθησαν· παρθένοι
SUNT. Fruſtra Romanis Sacris addicti, in hac appellatione aliquod prærogativarum vitæ
re viſi ſunt. Quo enim pacto cum ratione matrimonium vitâ cælibe cenſeri poteſt ignobilius?
rit, cùm hoc ſine illo ſubſiſtere aut conſervari minimè poſſit, cùm Deus ipſe id jam ab initio
ſiâ inſtar eſſe voluerit, cùm denique non ſolùm omni tempore Viri ſanctitate maximè celebres,
rint, ut Petrus & alii, vel id ſibi æquè ac illis licere profeſſi ſint Matth. VIII. 14. Luc.
& abſolutè intelligendum, ſed tantùm διὰ τὴν ἐνεςῶσαν ἀνάγκην, *propter inſtantem neceſſitatem*,
ſint. 1 Cor. VII, 26. Suaviſſimo igitur hoc potiùs emblemate utitur Spiritus Sanctus, quia nul-
ularum, quàm in toto eccleſiæ corpore conjunctarum, characteres, graphicè depingendos, ap-
ginibus maximè laudatur, ſive illas præcipuè ornantem *modeſtiam*, quam idcircò Cicero *virgi-*
nen dare conſueverunt, ſive munditiei curam aut decentem ornatum, modo laudato Oratori
tione dignas reddit, ſpectes, quid, his omnibus, magis decet luculentiúſque ornat pias men-
lchra es amica mea, neque ullum vitium in te eſt:* quare & *ejus faciem, ut ſuavem, ſibi oſtendi* deſide-
Spiritûs, qui pretioſus coram Deo eſt. Ille habitus ornatus cum pudore & modeſtiâ, 1 Pet. III, 4.
ta intrinſecus glorioſa ſponſa Chriſti, externè quoque fulget Pſalm. XLV, 14. Huc denique caſtus
mis mundi & falſorum cultûs objectorum amoribus, Chriſtum ipſum complectitur, illum ſolum
ſpirituales illæ virgines delineantur, Apocal. loc. adducto, ut *agnum ſequentes quocunque vadat.*
iſto, ſiſtere. 2 Cor. XI, 2. Hæc tota ſui, Chriſto facta, conſecratio, propiorque cum eo con-
conjugium, demum tales virgines evadunt. Ab hac dignitate itaque nullus ſtatus, nullus ſexus
Virgines dicuntur, ita contra qui in hoc conjugii foedus tranſierunt, ſive ceteroquin mares
ertinent. Eleganter hanc in rem aurei eloquii Pater Homil. XXIII. in 2 ad Corinth. ὢ καινῶν
τως ἀλλὰ κἂν μὴ ὦσι παρθένοι πρὸ τοῦ γάμου τούτου, μετὰ τὸν γάμον παρθένοι γίνονται. ὅυτω πᾶσα
γαμημένας. *O rem novam! In mundo virgines ante nuptias, poſt nuptias non item. Hic au-*
leſia virgo eſt. Etenim ad omnes diſſerens hæc dicit, tam qui nuptum duxerunt, quàm quæ nuptum
arivâ gaudeat, quin & nonnullis occaſionibus alios Domino lucrandi deſtituatur, quibus tamen
ndendi ſempérque gratiores atque acceptiores ſiſtendi. Uti *nuptæ* Paulo teſte 1 Cor. VII, 34.
ctæ ſint, & ſecundùm corpus & ſecundùm Spiritum. Talis verè, phraſi Concil. Chalcedon. Can.
vit Domino Deo. Quorſum hæc à nobis dicta ſint, ſi cognoſcere geſtis, *B*enevole Lector, hæc
iſſima omnibúſque ſexûs ſui decoribus abundè exornata Virgo, LUCIA IKENIA, quæ vitales
o *Bernhardo*, jam in infantiâ fatis iterum functo, partu edita. Pater illi obtigit Vir *Nobiliſſi-*
Practicus Celebratiſſimus, ut & Reip *Phyſicus Senior* meritiſſimus: *Mater Nobiliſſima, egregii-*
NOLDUS IKEN Civis & Negotiator hic loci *Intergerrimus*, *Avia*, *Nobiliſſ. laudatiſſimáque*
mbri, & T. T. JUDITHÆ HAUMESTÆ. filia. *Proavus, Vir Nobiliſſ. juriſque peritiâ inclytus*
ECCA DWERHAGENIA, T. T. GEORGIO DWERHAGENIO & T. T. MARGARE-
N, filius OLTMANNI IKEN. *Abavia, Nobiliſſima Matrona* ANNA KENCKELIA, prognata
iſſimâ REBECCA BURENIA, *Magnifici Conſulis* DANIELIS BURENII hujus nominis pri-
IÆ, *Ampliſſimi* hujus urbis *Senatoris*, JOHANNIS SPARENBERGII filiâ. *Maternum ſtem-*
US HUPEDEN JCtus eximius, Illuſtriſſimi Principis Friſiæ Orientalis, in ditione atque æde
DA WESELLOVIA. Prognata hæc erat *Viro Nobiliſſimo* atque *Conſultiſſimo* HENRICO
rici ad res *militares delegato* & *Quæſtori*, tum quoque *Canonico*, nec non *Theſaurario* templi D.
ETA ZERNEMANNIA, *filiâ*, *Viri Nobiliſſ.* CONRADI ZERNEMANNI JCti & Archi-
ETÆ WEDEMEIERÆ. *Proavus materni ſtemmatis* numeratur *Vir Nobiliſſ.* atque *Ampliſſi-*
ma Nobiliſſ. CATHARINA NAGELIA. Hoc inſigni ſtemmate edita, ut eodem digna evaderet,
ti in primis excitatioris erat ingenii, ita, ſedulâ lectione varii generis ſcientiis mentem exornando,
b eodem planè negligi. Plurimum tamen temporis in excolendis religionis principiis collocabat,
ſſe Doctrinam veritatis, quæ ſecundùm pietatem eſt. Hinc in id maximè intenta erat, ut cogni-
cælebs, à quâ nullis oblatis occaſionibus abſtrahi unquam potuit. Sic & piè & politis ſatis mo-
collocatur, quibúſque teneriores mentes facilè corrumpuntur & vanitati mancipantur, planè
didit, & illæſam tamen ubique conſcientiam ſervavit. Quæ quantum bonum ſit, quantúmque
a ſemper valetudine frui viſa, ſubitò conjecta eſt, cùm a. d. XXXI. elapſi menſis Martii cholerâ
rato quaſi gradu, breviſſimo temporis ſpatio, eam ita adfligebat, omnéſque vires proſternebat,
qui quintus labentis menſis Aprilis erat, circà meridiem, inter calida circumſtantium ſuſpiria,
vixit, nec non cariſſimi *fratris unici*, *Viri Nobiliſſimi* atque *Conſultiſſimi* ARNOLDI IKEN JI-
r honoratiſſimorum cognatorum, quos Deus ſoletur atque erigat! luctu, placidè obdormiret,
VIRGINUM CHORUM PERTINUISSE, QUÆ REPLETIS FIDEI OLEO ACCENSISQUE LAMPADIBUS, AD-
culis mens jam, ut nulli dubitamus, ad nuptias agni admiſſa, illarum deliciis perfruitur, mortales
ervandæ, V. V. P. P. a. d. IX. April. A. R. S. CIↃIↃCCLIII.